



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pastorale Missionariorvm**

**Verjuys, Jean-Baptiste**

**Antverpiæ, 1682**

9. An licitum sit Catholico agere organistam aut ædituum seu custodem templi hæreticorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41565**

## ARTICULUS IX.

*An licitum sit Catholico agere Organistam,  
aut Ædituum, seu custodem  
templi hæreticorum.*

**L**Ayman l.2. tract. 3 c. 13. §. similiter ratione tenet ædituum seu custodem templi hæreticorum, si convertatur ad fidem, in illa functione post conversionem posse aliquanto tempore perseverare, dummodo quantocius data oportunitate se inde expeditat; supposito tamen quod interea absit scandalum. Et similiter §. Deniq; immediatè præcedenti, excusat pulsantem campanam quâ hæreticorum concio congregatur, dummodò gravis aliqua causa hoc ita requirat.

Dicendum tamen neutrū licere, uti nec Organistæ Catholicæ ludere sub ritibus hæreticorum. Ita Lessius in præl. posth tit. hæret. casu II. Et Verricelli tract 1. de fide q. 34 n. 10 Et alii. Sed claritatis gratiâ præmittendum: in aliquibus civitatibus Hollandiæ Organistam adhiberi, non ut ludat tempore quo hæreticorum ritus excentur, v. g. dum cantant Psalmos ante & post concionem, aut distributionem cœnæ, sic enim hoc illicitum est, uti postea probabitur. Sed à prandio, tempore quo eò veniunt sive mercatores, sive alii causâ

## 118 TRACTATUS III.

DE

obambulandi, prout ibi moris est. Si autem solùm ad hoc conducatur, non video cur dandum sit, quia hoc nullatenus est contumaciam professionem fidei. Et idem est illo cui tantum incumbit pulsare campanam ad dandum signum operariis, illis horis quibus accedere, & abscedere debeant ad operas sua, vel ad claudendam portam civitatis, ad extinguendum incendium, vel pro sepulturis, vel pro similibus quae nullatenus tanguntur religionis ipsorum.

Probatur igitur non licere organistam agere tempore quo aliqui ritus hæretici exercentur, vel ad illos disponuntur, nec campanas pulsare ad convocandum ad illos ritus, & multò minus agere Ædituum, quæ omnia ad talia hæreticorum exercitia disponuntur. Quia omnibus illis modis sit cooperatio cum ritibus hæreticorum, sed hoc intrinsecè malum est, & consequenter numquam est licitum, in quocumque etiam casu necessitatis: Maj. autem per se patet consideranti dictas functiones.

## ARTICULUS X.

*Vtrum Catholico liceat comitari funera hæreticorum.*

**N**on loquimur h̄ic de hæreticis denuntiatis; sicut enim illicitum est cum illis

com  
tem; q  
licet au  
gari sep  
funus,  
non es  
agimus  
quam l  
landiæ  
glia &  
alibi in  
quibus  
reticor  
planè e  
nihiles  
quis rit  
tari au  
actus h  
similis  
tra fide  
de Hæ  
n 7. Az  
tract. 4.  
Mer  
non se  
profan  
ci noto  
proinde  
sacro, li  
eslet ta  
Quo